



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 120. Epistola Sancti Ignatii circa obedientiam & modestiam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](#)

§. CXX.

Sæcul. XVI.

A. C. 1553.

*Sandi Ignatii scriptum de obedientia,  
& Modestia.*

Cum Ignatius solerter animadverteret, *Bouhours*  
quod suorum non pauci immodicis<sup>l. 5. p. 397.</sup>  
austeritatibus corpus suum affligerent,  
alii autem sacro vitæ contemplativæ otio  
capti penitus literarum studia neglige-  
rent, hinc ejusmodi corruptelis remedium  
adhibere statuit, hancque in rem proli-  
xum sermonem veluti epistolam conscri-  
psit, sub titulo: *de virtute obedientiæ*. Hic  
libellus præcipue ad Lusitanos dirigeba-  
tur, ut denuo ad rectam semitam redu-  
cerentur illi, quos minus ordinata pietas  
aberrare fecerat: porro cum ejus sollici-  
tudo fese ad omnia extenderet, aliunde  
vero sibi satis compertum haberet, quod  
Religiosorum modestia non modo ad pie-  
tatem populo inspirandam, sed etiam ad  
laicos sibi conciliandos plurimum con-  
duceret, eapropter specialia circa ex-  
ternam morum compositionem præcepta  
scripto tradidit, & hisce regulis, quæ tre-  
decim complectuntur articulos, titulum  
de modestia præfixit, ac minima quæque  
articulatim annotavit. Insuper cum vir-  
tutis, ac famæ suorum discipulorum præ-  
cipue in diversis officiis salutem anima-  
rum spectantibus conservandæ studiosissi-  
mus esset, hinc quoddam majoris longe

mo-

Sæcul. XVI. momenti statutum condidit, quod postea  
A.C. 1553 per universam Societatem propagatum  
 fuit nam præcipiebat, ut ex Sociis nullus, vel unquam sine comite fœminas,  
 et si primæ essent Nobilitatis, aut fors infirmæ, inviserent: si vero cum illis con-  
 ferre, aut earum confessiones excipere cogerentur, res ita instrueretur, ut socii  
 oculis omnia sint pervia, quin tamen de  
 rebus secreto pertractandis aliquid per-  
 cipere valeat. Denique ut omnibus ma-  
 nifestum fieret, quod hujus legis cultum  
 omnino observari velit, hinc quondam  
 edocitus, quod quidam Societatis Sacer-  
 dos jam senio gravis in quadam occasione  
 hoc statutum violasset, mox ad aulam octo  
 Presbyteros convocabat, injungens, ut  
 reus feme ipsum præsentibus cunctis  
 tamdiu cæderet, donec singuli ex hisce  
 octo Patribus septem Psalmos, ut vocant,  
 pœnitentiales recitasent.

### §. CXXI.

#### *Societas in variis locis propagata.*

*Orland.*  
*l. 13. & 14.* **C**um interea nova hæc Societas semper  
 se latius diffunderet, & plurima  
 aquireret Collegia, Pontifex ejusmodi  
 Domum Hierosolymis quoque, Constan-  
 tinopoli, atque in Insula Cypro condere  
 statuit. Porro jamjam in Collegio Roma-  
 no Philosophia, ac Theologia tradebantur,  
 & Florentiis quoque æque, ac Perusii  
 Col-